



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXXII. Florentina fideicommissi de Medicis. De eadem materia, An  
appellatione filiorum in parte dispositiva veniant nepotes, Et in specie,  
vocatis filiabus filiorum, An veniant filiæ nepotum in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](#)

Hic tamen non obstantibus, reflectendo etiam ad solam veritatem, resolutiones non placuerunt, ideoque intellectum in eorum obsequium captivare non potui. Licer enim omnes dictæ conclusiones ac responsiones respectivæ in abstracto, seu in suis casibus sint veræ, attamen videbatur quod non bene applicarentur ad factum, cuius potius, ac voluntatis ita est quæstio quæm juris, unde propterea tota facti series attendenda est, ex illa desumendo verisimilem testatoris voluntatem, non autem illam considerando per partes; Nullum enim datur hodie assumptum quod vestiri non valeat cum conclusionibus, & doctrinis in suis casibus veris, sed punctus est in applicatione, ideoque proximo iudicio semper erroneum visum est hujusmodi ultimarum voluntatum quæstiones, ita cum doctrinis & conclusionibus generalibus decidere.

Ad id autem dignoscendum advertebam, magnari esse differentiam inter casum in quo de ista quæstione agatur ad effectum libertatis bonorum, ut scilicet prædefunctis filiis primi gradus, extantibus autem nepotibus, vel ulterioribus descendentiis substitutio caducata censeatur, & casum in quo non cesset substitutio, sed ulteriore progressum habeat ad diversum gradum, seu diversum genus personarum. Primo enim casu urget favor ipsius gravati, qui gravatus restituere filiis, dicendus non est gravatus restituere nepotibus, urgente regula prohibente extensionem, seu multiplicationem oneris, ac servitutis, & in his terminis loquuntur Menoch. conf. 215. n. 22. & seqq. Cephal. conf. 107. Rot. decisi. 507. & 667. p. 2. rec. 279. par. 6. & alia auctoritates in his decisionibus adductæ, non bene tamen applicata ad aliun casum, in quo gravati non interest vocabulum filiorum ad illos primi gradus restringi, dum non exinde eximitur ab onere, neque acquirit libertatem bonorum. Quinimò potius interest idem vocabulum in lata, & impropria significacione accipi, ut ita magis ejus proximus, & conjunctus, quam prorsus extraneis, vel remotoribus restituat, ut admittunt idem Cephal. Menoch. & Rota ubi proximè, cum aliis per Fusar. quæst. 319. num. 11. & quæst. 413. per tot. neque in decisionibus datur auctoritas quæ percutiendo istum secundum casum firmet hanc inverisimilem restrictionem.

Unde propterea observabam dictas conjecturas resultantes à protractione in tempus remotum, nec non ab absurdio, seu inverisimilitudine, & fortius ab eo quod omnes descendentes, universæque lineæ posse essent in conditione, ut supra, considerandas non esse, tanquam alterativas voluntatis alias certæ, & claræ, sive tanquam inductivas extensionis fideicommissi de casu ad casum, vel de personis vocatis ad alias non vocatas, & cum quo præsupposito proceditur in hujus causa decisionibus; Verum in hac facti specie, cum satis ambiguum sit in jure, an vocabulum filiorum conveniat nec ne etiam nepotibus, ac ulterioribus descendentiis, Idcirco omnia prædicta, & alia consideranda esse dicebam insimul juncta, non in ratione corrective, vel extensiva, sed in ratione interpretativa, potissimum quia ex aliis testamenti partibus constabat testatore ista vocabula habuisse pro synonymis, & hæc mihi videbatur veritas.

Ut enim supra advertitur, ac etiam habetur dict. sequen. tunc ista restrictio vocabuli ad ejus propriam ac strictam significationem aliquam habet probabilitatem, quando vel urget favor libertatis, ac cessationis oneris & servitutis, vel quando ageretur

de concursu cum alio substituto æque defendere vel coniuncto, in quo cadere posset major electio vel alia probabilis ratio, juxta casum de quo & seq. sed in hac facti specie, testator noluit vocare puerum extraneum à Canonice eligendum nisi effectis omnibus lineis tam masculinis, quam femininis omnium suorum filiorum, & filiarum, atque contextus dispositionis clarè, ac ad evidenter cebat eum semper abhorruisse extraneum heretum, sed quod ab illis de sanguine bona transiit in rent ad dictum puerum in quo iure cuiusdam actionis sanguinem artificialiter renovaret, igniter sensati viri cadere non posse videtur, quod testator permettere voluerit transiit ac permanentiam bonorum in penitus extraneis eternis prios descendentes adhuc extantes, ac extrorum cuius vocationis casus purificatus dici non posse est extantibus illis de genere posito in conditione quamvis non succederent, cum ad hunc effectum sufficiat existentia de facto juxta firmata dict. par. 3. rec. & apud Carib. dec. 266. cum aliis dict. 40. & in aliis pluries.

## FLORENTINA FIDEICOMMISS DE MEDICIS

PRO

MARCHIONISSA OCTAVIA  
DE MEDICIS

CVM N.

Responsum adversus motiva Rota Florentina

De eadem materia, An appellatio  
liorum in parte dispositiva venire  
nepotes. Et in specie, vocati fili  
bus filiorum, An veniant filii  
potum in exclusionem filiarum  
filiis primi gradus.

S V M M A R I V M.

1. **F**acti series.
2. De quæstione an sub nomine filiorum posse  
nepotes, ut regula sit negativa.
3. Doctrinis specialibus est deferendum.
4. Habens pro se regulam dicitur habere intentionem  
datam & quis sit effectus, an iuri regula  
vel resistat.
5. De conjecturis ex quibus sub nomine filiorum posse  
niunt nepotes.
6. De conjecturis suadentibus contrarium.
7. Quare in causis extra Curiam non de facili possit  
mari judicium pro veritate.
8. De ratione dubitandi in presenti casu.
9. Quomodo decidenda sit quæstio de qua nam.

## DISC. LXXII.

**C** Arolus de Medicis, institutis quatuor filiis cum perpetuo reciproco fideicommisso ad favorem universae descendenter masculinæ, ea defæcta vocavit filias feminas dictorum filiorum eamque filios, quibus etiam deficientibus processit ad quosdam alios substitutionum gradus ad rem non facientes favore transversalium, ac demum in omnium defectum vocavit Hospitalē S. Mariae de Innocentibus.

Obierunt reliqui hæredes absque prole, excepto Camillo, ex quo fuerunt superstites Vincentius masculus, qui solus successit, & Octavia femina; defuncto autem dicto Vincentio sine prole masculina reliktis duabus filiis, inter istas, & dictam Octaviam orta est controversia super hujusmodi fideicommissaria successione, & introducta causa in Rota Florentina, prodierunt ab ista contra Octaviam motiva, quæ in substantia sunt idem, ac Rotæ Romanae decisiones, unde propterea ex parte dictæ Octaviae requisitus fui ad satisfaciendum, seu respondendum dictis motivis.

Premillo igitur longo apparatu super quæstionem generali, & in abstracto, an sub nomine filiorum veniant nepotes, nec ne, ita ut dicta substitutione concepta ad favorem filiarum dictorum filiorum convenire posset præfatis nepotibus Camilli, deducet cum eo prolixo superfluo stylo, qui in responsis extra Curiam ad vulgi satisfactionem adhiberi solet, doctrinas, & rationes utriusque sententia, de quibus *Fufarius*, & *Castillus*, ac *Rota*, & ceteri insinuati *disc. præced.* atque concludebam, sequendo opinionem, quam sequitur Rota Romana, que eam dicit melius fundatam ac verborum proprietati magis adaptatam, ut sub nomine filiorum non veniant nepotes, & consequenter quod regulæ affitteret Octavia filia primi gradus filiorum testatoris in exclusionem dictarum aliarum sicut naturam, quæ non erant filiæ, sed neptes, deducendo individus, ac speciales decisiones, quæ pro feminis primi gradus in exclusione aliarum iuxta causum præcium habentur *decif. 507* & *657. par. 2. rec.* ac etiam in idem deducetam decisiones tunc jam editas in Bononiæ. *fideicommissi de Sala coram Veroflio*, de quibus *d. discurs. præced.* Cumque in dictis motivis procederetur cum propositionibus, & doctrinis seu rationibus generalibus, nullaque adduceretur doctrina specialis quæ istos terminos præcios percutiat, idcirco intrare dicebam propositionem, quam in foro, magis quam par est, si sequentem habemus admisam, ut individualibus auctoritatibus, non curatis regulis, & propositionibus generalibus deferri debeat, ut *decif. 543. num. 1. par. 1. disc. 721. num. 5. par. 2. rec.* & *decif. 122. in fin. par. 5. Franch. dec. 363. num. 3. & 4. Maria voto 6. num. 7.*

Nimium vero in hac materia referre advertebam inspicere, an regula juris, uni, vel alteri afflisteret, quamvis revera omnes istæ ultimarum voluntatum quæstiones sint potius facti, & applicationis, quam juris, ob consuetam regula virtutem, seu operationem, ut ille, qui eam pro te habet, alio non egeat extrinseco somento, sed habere dicatur intentionem fundatam in sola regula, donec allegans limitationem illam probet, utpote in dubio non presumendam: Multò vero magis, ubi regula afflisteret etiam aliqua adminicula, vel conjectura: Licet enim circa conjecturatum pondus,

*Cardin. de Luca de Fideicom.*

ac efficaciam, certa, & determinata regula dar non possit, cum totum repositum sit in judicis prædictiarbitrio, regulando ex facti qualitate, ex quæ in uno casu aliqua conjectura censenda sunt efficaces, in alio vero simili, quinimò individuo censeri debent inefficaces; Attamen nimium refert, an regula juris affistat, vel resistat, cum habens resistentiam, utpote ad concludentem probationem ad dictis indigent fortibus, nimiumque efficacibus conjecturis, Econversò autem illi, qui habet affistentiam, seu regulam, sufficiunt conjecturae tales quales, ut ita debilitate, seu offuscare possit contrariam probationem limitationis, Ideoque ad hunc effectum satis refert inspicere, cui in questionibus juris affistat ea opinio, quæ in dubio recipienda est pro regula.

His igitur ita prænotatis, pro Octavia filia immediata probabilius respondentum esse dicebam, Tum ob affistentiam regula, ut appellatione filiorum non veniant nepotes, Tum etiam ob dictas decisiones, & auctoritates speciales; Ac eti. m quia, in ejusdem regula comprobationem pleraque concurrebant adminicula, illud præsertim, quod resultabat ex verbis, vel dictiibus personalitate denotantibus, dum testator substituit feminas dictorum filiorum, ut de hujusmodi dictiibus, seu verbis personalitatibus denotantibus ad hunc præcium effectum habetur *d. disc. præced.* deducendo in isto responso, pleniori sorti calamo, omnes auctoritates, ac decisiones ibi insinuatas.

Et fortius stante alio nimium vehementi adminiculo de quo pariter *d. disc. præced.* resultante à discresivo modo loquendi, quod scilicet testator in pluribus discretive loquitur est de filiis, ac nepotibus, & consequenter, quod non habuit istos terminos pro synonymis, sed pro discretis.

Et quanvis in contrarium urgerent conjecturæ quibus dicta motiva innitebantur substitutionis licet ordinata in tempus remotissimum, & post extintas quatuor lineas masculinas filiorum, ac etiam altera absurdæ, ut feminæ tractu temporis, eamque descendentes effecti remotissimi excludebant filias ultimi morientis, & de quibus pariter *d. disc. præced.* Attamen stantibus præmissis auctoritatibus specialibus, in quibus istæ conjecturæ non judicantur præponderantes, dicebam omnino respondentum esse pro Octavia filia immediata, & recedendum esse à motivis.

Dicebam hæc scribens in causa tanquam Advo-catus ad requirentis opportunitatem, non potui autem desuper efformare judicium maturum pro veritate, Tum quia raro id sequi potest in illis causis, quæ agitantur extra locum residentia, unde audiri non possunt alterius partis omnia fundamenta, minusque haberi illa distincta notitia facti, ejusque circumstantiarum, quæ ad hunc effectum, omnino necessaria est, Tum etiam, quia nimium apud me urgebat ratio absurdæ ac invertisimilitudinis, ut in pari concursu sexus, ita ut non uigeret potissima, & peculiaris ratio agnationis, feminæ morienti transversales, atque ab eo effectæ nimium remota, excludere debeant proprias filias morientis; In idem suffragante regula de qua sepius in præcedentibus, & sequentibus, ut bona in unam lineam ingressa non debeant ab illa exire donec evanesceret, quories disponentis voluntas claræ non uiget in contrarium.

Est bene verum quod facilius in illo casu intraberat dicta regula negativa, quam in *disc. præced.* dum concursus non erat cum extraneis, sed cum æquæ

*Q. 3. discen.*

LUCA  
de  
mentis  
cat.  
VI

descendentibus, & de sanguine, unde adeò non urgebat ratio absurdī, & inverisimilitudinis, & ramen adhuc Rota Florentina sentiit pro filiabus ultimi morientis contra amitam filiam immediatam, atque incertum est, an à dicto sensu recessum sit, multò igitur magis crevit apud me ratio dubitandi de resolutionibus editis in casu de quo in d. disc. preced.

Sep̄issimè verò in plerisque aliis casibus, vel consultus pro veritate, vel gerendo partes Advocati, pro una partium habui hunc articulum pr̄e manibus, atque agnovi stulticiā speciem videri regulam certam, & generale desuper statuere, cum revera sint quæstiones facti diversimodè decidenda, prout singulorum casuum particulares circumstantia exigant, quamvis dispositiones in verbis essent similes, ac penè identificæ.

## FULGINATEN. FIDEICOMMISSI DE RONCALLIS.

PRO

SORORIBUS DE RONCALLIS

CVM

HIERONYMO PATRUO

*Casus decisus per Rotam pro Sororibus.*

An & quando filii in conditione positi censeantur vocati; Et incidenter de retentione quæ fideicommissario competit de bonis hæreditis gravati pro reintegrazione fideicommissi.

SYMMARIVM.

- 1 Fæli series.
- 2 Resolutiones cause.
- 3 De regula ut filii in conditione positi non censeantur vocati.
- 4 Fallit ex conjecturis.
- 5 Quæ regula tenenda sit in conjecturis metiendis.
- 6 In statu Veneto receptum est pro regula ut filii in conditione positi censeantur vocati.
- 7 Ad effectum statutorum requiritur utraque subjectio personarum & bonorum.
- 8 Fallit in dispositionibus testamentariis in quibus statutum operatur etiam cum non subditis.
- 9 De conjecturis ubi filii vocantur ad portionem patrui.
- 10 De aliis conjecturis.
- 11 Fideicommissario datur retento bonorum gravati pro reintegrazione fideicommissi accidente tamen liquiditate debiti.
- 12 Quod necessaria non sit omnimoda liquiditas.

R Etentia eadem facti serie de qua supra in causa disc. 21. cum per A.C. judicatum decommisum ordinatum per Rodulphum datum esse soli filio superstite, exclusis nepti filio prædefinēto, unde proprieates fores dellallis cogenerant restituere bona quæ ex partibus patriorum defunctorum sine filio latenter in manibus, opposuerunt de eundem bonis retentione pro reintegrazione antiquioris fideicommissi Joannis Martini ejusdem Rodulphi parva quæ iste tenebatur, stance quod ejusdem Rodulphi filii tanquam in conditione possit vocari & consequenter quod de his bonis Rodulphus res gravatus disponere non poterit, responde fideicommisso gravare; Quare cum immo eiset causa in Rota coram Bevilaga datum sub diu in, An constaret de fideicommisso 10. Martii vorem filiorum in conditione postitorum; Illoquitato sub die 27. Martii 1658 affirmativa prodicatio confirmata sub die 1. Martii 1660. Deinde datum fuit aliud dubium, An competat res sub die 7. Iunii 1660. negativæ solutum, sed melius dilucidato, & reproposita causa sub die Martii 1661 recedendo à decisi resolutione omni retentione, atque hæc secunda resolutione amata fuit sub die 16. Martii 1662. coram eis vilia.

In his autem disputationibus duæ fuerint actiones, Una super puncto, an filii in conditione positi censeantur vocari, Et altera super competencia retentionis, ut suprà. Quatenus ergo patet ad primum, egomet, qui sustinebam dictarum fororum allegantium vocationem in conditione positorum, admittendum fundatum in contrarium, constitudo fundatum in limitatione resultante a conjectura, & voluntatem præferentibus; Licet enim inter quatuor nodoſa fuerit quæſtio ista super imbecilis celebris glossa in l. Lucius ff. devulg. & pop. At in conditione positi censeantur vocari, arguedativa non improbabilis nütur fundatur. Attamen in foro, præfertim verò in Rota & Consilio, recipiētissima, & absoluta est negativa, hodiernis alia disputatione præsupponenda pro regulâ, ut inter forenses tyronicum reputetur alia disputationem hujusmodi quæſtionis, quæ net pabulum scholarum, & academiam prout ronum ingenii exercendis.

Verum quia, sicuti recepta est regula, iam recepta, & absoluta est limitatio ex conditione in contrarium urgentibus, ut, tam obtemperante quæm de limitatione patet ex collectis per Reg. 437. Hodie, controv. 10. i. hec sicut dec. 96. Bona add. dec. 385. Merlin. dec. 359. & 447. apud Coll. 145. in Camerinæ honorum 1. Julii 1614. Ratione frequenter. Idcirco remanet ista quæſtio soluta & applicationis super conjecturam potest & efficacia, Circa quod, neque certa regulariter potest, ut generaliter sequitur in omnibus mensuris conjecturalibus, præfertim verò in ista fidelis missaria, cuius totum pendas a facti qualitatibus singulorum casuum particularibus circumstantiis, personarum, locorum, temporum, & qualitatibus bonorum, ex quibus in uno casu illius conjecturæ abundant, in altero vero simili, identifico exdem, ac etiam majores non faciant; Ideoque perpetuò contemplabilem